

## Divisio VII.

§. 21. *Actiones alia dantur heredibus, alia non &c.*

1. *Actiones in rem* dantur heredibus, ut Dominis;  
Contra heredes, ut possessores.

Legatarii habent tacitam hypoth. in bonis testatoris pro rata, qua quilibet heres tenetur.

2. *Actio in personam*, ex contractu (& simili) datur heredibus pro rata, licet eorum nulla facta mentio.

daturque in heredes (non legatarios) in solidum (non quoad id solum quod adest)

in plurium heredum quemvis pro rata, si debitum est divisibile.

Exc. si nihil ex dolo defuncti ad heredem venit, non datur contra heredem actio in solidum ex illo contractu, qui est stricti Juris, cui admistus dolus, nisi clausula adsit, *dolum abfuturum*.

NB. *b. f. contractibus inest praestatio doli per se.* } heres ob dolum  
*in stricti juris contractibus inest doli praestatio per accid. ob clausulam* } defuncti tenetur in solidum.

*In aliis contractibus heres tenetur ex dolo defuncti, quantum ad eum pervenit.*

3. *Actiones ex delictis* privatis heredibus competunt.

Excipe poenales, quibus injuria personae vindicatur, nisi lis fuerit contestata.

Adversus heredem datur ex delicto rei persecutoria quatenus ad eum pervenit, (quia delicta personis inhaerent)

Si lis jam fuerit contestata, heres tenetur in solidum.

§. 22.